UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De communione, siuè Eucharistię sacramento.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

neque depenſos atque exhauſtos in religio[...]
labores amittat: ſin verò maior lapſus fue[...]
pro modo peccati adhibetor etiam emend[a-]
tionis diligentia, & item vehementiorem a[d-]
monitionem & fortiorem pœnitentiam e[x-]
petito. Et ſiquidem hiſce modis ſeruare ſe
Luc. 15. voluerit, qui labi cœperat, magno DEO gr[a-]
tias agat, qui & angelicis in cœlo poteſtatib[us]
gaudium oboriri dixit, ſi quis peccatorum [re-]
uertetur. At ſi delictum atrocius ſit, quàm qu[æ]
medela reparari poſsit: tunc à bonorum coh[a-]
bitatione prorſus expellatur: vt cùm ſeipſ[um]
à melioribus ad deteriora contulerit, ipſe [so-]
lus improbitatis ſuæ fructum capiat, neque [vi-]
tiorum ſuorum aliquid cæteris contagione [af-]
fricet, quemadmodum peſte laborantia, & i[n-]
curabiliter ægrotantia ſolent pecora.

Incurabiles excommunicandi.

DE COMMUNIO-
NE SIVE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ.

IVSTINIANVS IMPP. IN AVTH. DE non alienan. aut permut. reb. Eccleſ. &c. §. quia verò cognouimus. Collat. 2.

IN ſanctiſsimis Eccleſiis celebratur ſacrum miniſterium: ſacra quippè legitur ſcriptu-ra, & ſacroſancta & ineffabilis commu[nio] traditur.

In Eccleſia tria perficiantur, ſcilicet Miſſæ ſacrũ, lectio ſcripturæ, & cõmunionis adminiſtratio.

IDEM

IDEM IVST. IN EDICT. AD POP. CONſtantinop. quod miſit ad Ioan. II. Papam. §. quod autem ad condemnationem.

IVdas cùm putaſſet latere eum, qui occulta hominum cognoſcit, ſacramentis communicauit cum Apoſtolis: ſed tamen nihil ei profuit, quòd cum dolo communicauit: ſed licet poſt mortem eius duodecim nominati ſint diſcipuli, ſicut Ioannes Euangeliſta dicit: Thomas autem, qui Didymus dicebatur, vnus ex duodecim non erat cum ipſis, quandò venerat Ieſus: tamen hoc nō liberat Iudam à condemnatione, aut connumerari facit Apoſtolis. Vndè poſt aſcenſionem Domini Apoſtoli per ſuam ſententiam eundem Iudam etiam poſt mortem condemnauerunt, & alium pro illo introduxerunt.

Sacramentū Euchariſtiæ non profuit Iudæ.

Ioan. 20.

IDEM IN AVTH. DE PRIVILEG. DOT. hæret. mul. non præſt. Coll. 8.

SAcram communionem in Catholica Eccleſia non percipientes, à Deo amabilibus ſacerdotibus, hæreticos iuſtè vocamus. Nam licet nomen Chriſtianorū ſibimet impoſuerint, veruntamen à Chriſtianorum ſe fide & communione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes. *Et pòſt pauca.* Priuilegia illis damus ſolis, quatenus his fruantur, & vtantur, qui diligentiam habent rectam, & adorandā noſtram fidem tenere (Catholicæ dicimus, & Apoſtolicæ Eccleſiæ) & participare in eius ſalutari cōmunione. Qui enim ſeparant ſe à ſan-

In Eccleſia catholica non communicātes eſſe hæreticos.

Priuilegio Chriſtiani hominis gaudere eos ſolos, qui in Eccleſia Catholica communicát.

ćta Dei catholica & Apoſtolica Eccleſia, &
croſanctam in ea communioné percipere
patiuntur, à Deo amabilibus ſacerdotibus
lumus omnino talibus frui priuilegijs. Si e
ſe ſeparant à Dei muneribus, & à ſacra co
munione alienos faciunt, multo potius &
eos non dignos fieri priuilegijs, neq; ex no
legibus frui permittimus continentia, &c.
de competens eſt iudices reſpicere ad p
noſtræ legis ſubtilitatem, & ſi non i
orthodoxæ fidei exiſtentes, & percipient
croſanctam & adorabilem communion
ſanctiſsima Catholica Eccleſia & Apo
à venerandiſsimis eius ſacerdotibus, no
mittere frui ex noſtris conſtitutionibus p
legijs, &c.

Nota. Euchariſtiam adorandam eſſe.

DE SACRAMEN TO MATRIMONII.

A Deo inſtitutũ eſt Matrimoniũ inter Adam & Euam, quod principiũ extitit ac fundamentum humani generis. glo. in d. auth. ſup. ver. ampliori.

IVSTINIAN. IMP. IN PRAEFAT. Auth. de nupt. Coll. 4.

MAtrimonium ſic eſt honeſtum, vt hu
no generi videatur immortalitatem
ficioſè introducere, & ex filiorum procre
ne renouata genera manent: ſic igitur De
mentia, quantum eſt poſsibile, noſtræ imm
talitatem donat naturæ.

Matrimoniũ humani generis conſeruatiuum eſſe.

IDEM IMP. IN AVTH. DE REST & ea quæ parit in vnd. menſ. &c.

NVptijs nihil eſt hominibus vtilius, ta
ſolis homines facere valentibus.

MAT